

dicauerunt regine · et concubine et
laudauerunt eam ; Que est ista que
progreditur quasi aurora consurgens ·
pulchra ut luna · electa ut sol · terribilis
ut castrorū acies ordinata · VOX ECCLE
AD SYNAGOGAM · Descendi ad
ortum nucum ut uiderem poma
conuallis · ut inspicerem si floruisset
uinea · et germinassent mala punica ;
VOX SINAGOGE · Nesciui anima mea
conturbauit me · propter quadrigas
aminadab · SYNAGOGA DICIT · Reuer
tere reuertere sunamitis · reuertere re
uertere · ut intueamur te · Quid uidetis
in sunamite nisi choros castrorum ·
VOX XPI AD ECCLAM · Quam pulchri sunt
gressus tui · in calciamentis filie principis ·
Iuncture feminum tuorum sicut mu
nilia que fabricata sunt manu artificis ·
Umbilicus tuus crater tornatilis numquā
indigens poculis · Venter tuus sicut acer
uus tritici uallatus liliis ; Duo ubera tua sic
hinnuli gemelli capree ; Collū tuū sic turris eburnea · Ocu
li tui sic piscine in esebon · q st in porta filie multitudinis ·
Nasus tuus sic turris libani · q respicit cō damascū
Caput tuum ut carmelus & comae capitis tui · sic pur
pura regis iuncta canalib ; Quam pulchra es & q
decora carissima in deliciis · Statura tua

8. Würzburg, StA, Standbuch 660, Einband